



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Affabilitas

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

gnitibus, curam non habentibus debet esse cōpletus 22. Valsq. & S. Congr. §. Sed his non obstantibus: & hæc omnia pro dignitatibus in Cathedralibus? Pal. & alii §. Sed Castris. Ad Cardinales requiritur ea ætas, ut infra annum possint ordinari ad ordinem; ad quem destinantur. Pape vero non est terminata ætas à nullo jure. ibid. §. Et tandem.

3. Aetas probatur ex libris parentum in quibus ea notari solet, Menoch. de presumt. lib. 2. & plenissimè ex libro pa- rochiali, p. 11. tr. 3. misc. ref. 27.

Quid sit af-  
fabilitas.

Quod eius  
obligatio.

Ex quanto.

Non saluta-  
re inimicum  
est peccatum  
per se.  
Sed secundū  
aliquo non  
in Prælatis.

Nec quando  
timetur in  
famia.

A F F A B I L I T A T E S. ¶ 1. Affabilitas est virtus, quæ con- vertentem hominibus juxta rectam rationem præscribit. † 2. Ratione affabilitatis ait Lorca in 2. 2. q. 25. art. 6. sect. 3. disp. 25. memb. 3. num. 18. teneri nos omnibus homini- bus non salutantibus respondere. Salu- tationem vero anticipatam non deberi, nisi quibusdam personis magnæ dig- nitatis, honoris causa. Allocutionem & conversationem deberi tantum con- junctoribus. Quoniam vero affabi- litas non est tantæ obligationis, saluta- tionem, & ressalutationem omittere, etiam quando debentur, ait non esse pec- catum mortale, nisi forte ex circumstan- tia personæ, & aliis cederet in magnam injuriam, vel scandalum gigneret, p. 2. tr. 5. ref. 62.

3. Non salutare inimicum per se pec- catum est. Sed Mend. vol. 2. disp. 153. sect. 4. §. 64: solvit ab hac obligatione primi parentem, aut Prælatum, qui inimi- cum non salutaret in pœnam justam. Se- cundū inimicum, qui in aliquo casu raro non posset hostem salutare, absque infamia. Tertiò eum, qui infamem in- juriam accepit, ut qui appellatus esset sodomita, fur, Judæus, aut simile: nam judicari debet salutationem omitte- re, non ex odio, sed ex dolore justo, qui justè tollit urbanitatis indicia, & alioqui judicaretur parvi æstimasse tam acer- bam injuriam. Quartò eos, qui oculos habentes aut mentem distractam ita habent, vel simulant, ut prudenter

astimentur, salutationem non ex inad- vertentia omisissæ: Et tandem eum, qui videns inimicum inter tres, aut quatuor amicos, istos insalutatos familiariter alloqueretur capite teclito; nam illa allocu- <sup>Vel arg-</sup>  
<sup>instus dolor,</sup>  
<sup>gravis iniu-</sup>  
<sup>ria?</sup>  
<sup>Et in multis</sup>  
<sup>aliis casibus.</sup>

tio, quamvis uni directa, ceterum saluta- <sup>tr. 28. cap. 1. num. 19. præ-</sup>  
rio omnium sociorum. Ita ille. Et Lorca ubi sup. n. 30. ait, non esse certum peccare mortaliter cum, qui occurrente inimi- co inter multos, salutat omnes, præ- ter ipsum. Quia omissione salutationis et- tam debita, non est peccatum mortale. Etinde, quia ostest id facere, non in odium, sed in significationem proprii gravaminis & injuria. Id tamen non ap- probat Fil. ton. 2. tr. 28. cap. 1. num. 19. præ- fertim si inimicus prius salutavit. Item Valer. diff. utriusque fori, v. remissio. dif. 2. n. 4. excusat ab obligatione allocationis & salutationis propter aliquam inimici- tam, Religiosos, qui quotidie celebrat, & sunt exemplares: nam cum his pressat scandalum. Sed hoc aliquibus dilpicer. Vide Zazard. p. 2. pr. c. 17. Ibid. §. p. 5. t. 13. ref. 89.

4. Ex his sequitur, absolvī posse pa- trem, qui non vult admittere ad collo- quium filium, qui contra ejus vult at- tem indigno, vel valde inaequali, matri- monio se copulavit. Dummodo id faciat ad tempus & in castigationem ablique iracundia, etiam si idem familiæ præci- piat. Ita Laymann lib. 1. tract. 3. cap. 4. n. 3. par. 4. tract. 4. ref. 182.

In quibus  
proinde tales  
absolvī posse  
sunt.

## A F F I N I T A S.

1. Affinitas est plurimum inter se <sup>Affinitas</sup> conjunctio orta ex copula car- quid. nali inter marem & feminam. †

2. Ad contrahendam affinitatem Vil- lalobos tom. 1. tract. 1. 1. diff. 11. numero 8. 8. DD. communiter dicunt sufficere effusionem seminis virilis, quia hoc solum perficit generationem, ut tradit Aristoteles 2. de gen. cap. 2. & D. Thomas 3. p. q. 81. art. 5. ad 5. cum omnibus ferè Theo- logis. Sed contra sententia Hurtadi de matr. diff. 1. numero 4. & aliorum sententia negativa est probabilis. q. 1. art. 1.